

tionem esse: illarum quidem, communi Peripateticarum scholarum loquendi modo, corruptionē simpliciter, horum demum corruptionem secundum quid. Galenus utrāq; Alterationis nomine designat: quando ἀλλοίωσιν ἐἰδησι-
 ον, quæ speciem in speciem commutat, κρείως & propriè sic dici confirmat, estq; Corruptio prioris, quod mutatur: posterioris verò, quod fit, Generatio: aliã verò, quæ contendit & contrahit corporis nostri particulas, μὴ κρείως sic dici: nimirum, quæ accidentium est, qualitatibus quidem Alteratio, quãtitatis autem Augmentatio, vel Diminutio, & demũ loci, Latio. Nos breuitati verborum cõsulturi, solius Alterationis voce utemur, ad quamuis accidentalem mutationem significandam. Interea hoc duplici solutionis apparatu ne quidem indigent nonnulla remedia, vt sæpè eueniat, naturam, Chymici officio perfunctam, sua industria conficere, quod ars debebat, vt simplex corpus, integrum, nullaq; sui parte mutatum, pransum paratumq; emendandis languoribus sufficiat. Heic iam clamabunt multi, quod

3. simpl. 4.

*An opus sit
 præparatio-
 ne reme-
 diorum.*

E 5 vni